



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXX. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Andreas Apostolus teste Aug. hunc articulum : Natus ex Maria Virgine, symbolo fidei inseruit. In funere Deiparæ insignem de conceptione ejus concionem habuit, imò Cruci affixus Conceptionem Deiparæ sine macula fuisse palàm edocuit. *B. Amadeus in Apolo.* Quid adhuc egemus testibus, ipse dixit.

S. Andrea , qui pro Magistri tui amore lætus Crucem MARIÆ memor sustinuiſti , ora pro me Deiparam , ut illa me roboret , illa omni anxietati , infirmitati, paupertati , solitudini , ac necessitati meæ compatiatur, condoleat , & provideat , maximè in agone meo. O Sanctissima Dei, & mea , Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto : te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare , tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Ad iterandam Marianæ dignitatis memoriam symbolum Apostolorum hodie iterans ; illis amplius verbis inhærebo. *Natus ex Maria Virgine.*

Sicut primus Adam ex terra immaculata formatus, ita & Christus ex Virgine immaculata. *S. Andr. Apost.*

Quæstio : An Deiparâ pro aliquo orante omnes simul sancti cum ea pro illo orent.

I. DE-